



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 5. Desiderium morientium ex arbitrio viventium colliguntur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

testamentum suum vel omnino annullare, vel pro libitu mu-

Authoritas.

Desumptum est ex Ulpiano l. 4. ff. de adim. leg. ubi ait: obolatoria enim est voluntas defuncti usque ad vitæ summam exitum.

Ratio.

Quia, ut in l. 1. C. de Eccles. dicitur, nihil est, quod hominibus magis debeat, quam ut Supremæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit Stylus; & Itci- quod iterum non redit, arbitrium.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Testator factum à se Testamentum vel heredis nomen deleat, vel sigillum auferat, ipso censeri voluntatem ultimam mutasse, uti in l. si unus & l. nostrum. C. de Testam. dicitur.

Deduc. 2. Si Testator aliud Testamentum priori dissimulatur, hoc ipso prius Testamentum irritasse censeri debet, ut in §. posteriore Inst. Quibus modis Testam. irritentur, dicitur.

Deducitur 3. Etsi Testator in priore testamento prote- ctus fuerit, se nolle in alio Testamento disposita valere, si in posteriori Testamento clausulam derogatoriam inserat, omnino prius Testamentum invalidum censeri debet, uti in l. Si quis à principio ff. de legatis defi-

PRINCIPIUM V.

Desideria morientium ex arbitrio viven- tium colliguntur.

Sensus.

Hoc est; Quando non satis constat, quid illi, qui è vita discesserunt, & varia bona reliquerunt, de iisdem bonis dispo- nerent, tum ad ea, quæ vel ipsi, dum vivebant, vel alii eorum conditionis homines viventes disponere circa talia bona solebant, attenditur, & juxta ejusmodi voluntatem bonorum illius relicta distribuuntur.

M na

Autho-

Desumptum est ex *le. Quoniam. 4. C. de natur. libe-*
illudque Gribaldus l. i. de rat. Stud. eam communi Juris-
sultorum approbat.

Ratio.

Quia, cum voluntatem Morientium Sanctè custodiamus
atque adeò sic interpretari debeamus ut potius valeat
quàm ut pereat; meritò, si de certa voluntate Testatoris
functi non constet, ad præsumptam ejusdem voluntatem
confugitur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Eum, qui naturalem suam Fidei
Municipalibus Muneribus vivens applicuit, hoc ipso
facultatum suarum Successorem constituere voluisse, ut
cit. *le. quoniam* deciditur.

Deducitur 2. Executores Testamenti probabiliter
posse sibi applicare Eleemosynam in testamento legatam
Paupertas eorum Testatori cognita fuerit, uti *Sanch. to. 1.*
c. 11. n. 54. apud & contra Dian. p. 8. tr. 5. re 47. & Dica-
docet.

Deducitur 3. Si quis moriatur nullo condito Testamento,
aut condito quidem, sed postea rupto, aut irrito factis, non
cedere tamen Hæredes, & quidem ante omnes legitimarios
heredes, quia hoc non tantum Juri, sed communi hominum
iustitiam consentaneum est. Quòd si descendentes nulli
beat, succedunt Pater & Mater Defuncti.

§. VI.

De Principiis ad Justitiam Vindicativam seu
dicia pertinentibus.

PRINCIPIUM 1.

Nemo Iudex esse potest in propria causa.

Sensus.

Hoc est, quando sententia circa litem aliquam vel
controversiam ferenda concernit propriam utilitatem Judo-